

Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam iuridico-politicae dubias quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publico venientiam commissis Jacobo Clemens. Vratislaviae. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kaval de, et defensas a Gottholdo Martini Forz. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhardus ab Arnim. Eq. March. Lipsiae.
4. Dissputatio et factis, quam praesentavit D. Wilhelmus Schmuken et defendit Wilhelmus Müller. Hamburgi Lipsiae.
5. Dissputatio ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Caspary J. V. D. Resp. Christiano Caspary Collic. Misniae. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collatae Lubicis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano Brandenstein. Lipsiae.
7. Assertiones de servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrichus Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Borussiae. Lipsiae.
8. Dissputatio et dolo, quam praesentavit Valentinus Hiemer. de, publico examini subiecit Magister Nölger. Hannoverae. Zeneae.
9. Dissputatio et Probationibus, quam praesentavit Conrado Caspary J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbeke. Wismar. Mecklenburgi. Wittebergae.
10. Dissputatio et Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolpho Formanno. de. mis Johannes Christophorus Aremannus. Zeneae. Zeneae.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or reference, written in a cursive script.

3

Vertical text on the left margin, possibly a page number or index reference, including the number '97' and some decorative symbols.

Handwritten text on the left edge of the page, possibly a page number or reference.



DEO TRIN-UNO FORTVNANTE.
LEOPOLDVS HACKELMANNVS I.V.D.

Et inclytæ facultatis Iuridicæ Ordinarius

Sequentes positiones.

DE INCVLPATA TVTELA.

Ex L. ut vim. 3. ff. de Iust. & Iur. L. I. C. unde vi. c. interfecisti 2. c. si perfodiens 3. & c. significasti 18. S. si vero ext. de homicid. cum similibus concord.

In publico Ictorum auditorio ad 14. April. ventilandas proponit.

RESPONDENTE

BERNHARDO ab ARNIMB. Eq. March.

THESIS I.

Nculpata Tutela, (ut à definitione auspice-
mur) est jus ad propulsandam vi innoxia vim atq;
injuriam, pro sua, rerum suarum, aliorumq; salute
privatim alicui competens.

II.

Vocatur aliàs *Defensio Legitima*, Item *necessaria* germanicè *Noth-
wehr*.

III.

Introductionem illius ascribimus Iuri gentium.

IV.

Interim tamen non denegantes *omni* eam jure esse licitam.

V.

Species ejus ratione *objecti* constitui possunt duæ: Ita ut alia sit
Personarum; alia *Rerum*.

VI.

Personarum iterum est bipartita: *Propria* vel *aliena*: prout sci-
licet, vel à se & suis, vel ab aliis, propulsandæ vis atq; injuriæ ergò su-
scipitur.

VII.

Et *propria* quidem quæ suiipsius tuitionem concernit, eousq; et-
iam permittitur, ut nihil intersit, tamen si aggressoris sequatur inter-
necio.

VIII.

Et rectè hæc procedit defensio contra omnes illos, qui *injustè*
vel consulto vel inconsulto, uti ebrius, mente captus &c. vim intu-
lerint.

IX.

At secus longè si *justa* sit offensio: Cujusmodi omnino est ejus
qui juris quod habet executionem exercet: Idq; vel publicè, ut Ma-
gistratus: vel privatim ut Parentes, Doctores, Mariti, Domini.

X.

Neq; adversus homines tantum, verum etiam adversus bruta a-
nimalia rectè quis se defenderit.

XI.

Porro *alienam* ad defensionem, quæ pro aliis, iisq; vel necessariis,
vel extraneis instituitur, nemo est adstrictus, nisi qui illam citra evi-
dens vitæ periculum ejusq; jacturam queat suscipere.

XII.

Extra hoc enim constitutus, sive prorsus defensionem quis omit-
tat, sive eam ita suscipiat, ut invadentem alterum ipse opitulando oc-
cidat, neutrum feret impunè.

XIII.

Atq; hæc quidem ad eam, quæ est *Personarum*, defensionem per-
tinent. Par vero omnino est & *Rerum*; dummodo simul & vitæ sublit
periculum.

XIV.

Proinde adversus eum qui tibi res tuas defendenti vi resistendo
necem parat, licitum quidem est hanc etiam cum illius cæde depel-
lere.

XV.

At raptorem fuga secum eas absportantem propterea telo, bom-
bardave trajicere nequaquam concessum est.

XVI.

Neq; incommodè etiam eodem refertur & *puicitie* defensio,
quam vel morte adversarij jure quis potest redimere.

XVII.

Adde *honoris, dignitatis & famæ*.

XVIII.

Vbi tamen in eo diversitas, quod verbali injuriæ verba itidem,
opponere sit licitum. At ad arma propterea profilire, & vim necem
que inferre omninò prohibitum.

XIX.

A quoquam vero hunc in modum provocatus. *Bistu besser als
ein Schelm / so komm und wehr dich mein*. Vti nec præcisè com-
parere tenetur: Ita si citra urgens gravius aliquod vitæ periculum
comparuerit, & provocantem occiderit: licet ordinariâ quidem Leg-
is Corneliæ de sicariis poenâ non teneatur: attamen à mitiori extra-
ordinariâ non erit immunis.

XX.

Quod quidem juris ita obtinet inprovocato; Aliud vero in pro-
vocante. Hic enim si provocatum occiderit, nequaquam homicidii
poenam subterfugiet.

XXI.

Cæterum *forma* defensionis legitimæ in justa moderatione est
posita: quæ utiq; in ipso actu propulsandi consistit; Vt siquidem vitæ
sublit periculum ad ipsam usq; adversarii necem quis se defendere
possit; sin minus, quantum tum exigit necessitas.

XXII.

In quo tamen ipso non adèd strictè armorum paritas requiritur:
ut si forte aggressor ense, hasta vel pugione impetum in aliquem fa-
ciat, dissimilis tùm adversus ipsum armorum usus interdictus sit.

XXIII.

Offensionem præterea violentam & injuriosam adeoq; sufficien-
tem esse oportet.

XXIV.

Ideoq; simplices minæ, incerto animi nocere volentis argumen-
to destitutæ, ad vim necemq; inferendam alteri nequaquam suffi-
ciunt.

XXV.

Quemadmodum nec maxillata injuria,

XXVI.

Quamquam imminente offensione, nec primus etiam ictus ex-
pectandus est.

XXVII.

Aut etiam ubi vitæ periculum subest fugiendum,

XXVIII.

Illata verò offensio quandiu durat, tamdiu rectè propulsatur. Vi-
trâ vero si quis instet nequaquam excusabitur.

XXIX.

Atq; hinc est quod licet in continenti, neq; ex intervallo suscipi
debeat defensio,

XXX.

Attamen si rebus nostris vis inferatur, æquum est, ut tantum tem-
poris indulgeatur, donec amicos accersere, ipsorumq; auxilio fun-
dum ereptum iterum consequi possimus.

XXXI.

Finis inculpatae tutelæ est sui suorum aliorumq; tuitio. Vnde
proprii corporis, itemq; aliorum rerumq; nostrarum salus nascitur.

XXXII.

Nec minus etiam ille præ cæteris insignis *effectus*; quod mutilans
interficiensve servato inculpatae tutelæ moderamine adversarium,
nec de expensis, nec de ullo damno occisi heredibus est obligatus.

XXXIII.

Pœna vero aliòquin moderamen illud excedentis non Legis
Corneliæ de sicariis ordinaria est; sed extra ordinem pro arbitrio ju-
dicis mitior.

XXXIV.

Probationis deniq; inculpatae tutelæ modi hi: Testes, præsum-
tiones & quævis indicia alia.

Q.

An etiam Bannito competat defensio?

Handwritten notes at the top edge of the page, including a date and some illegible text.

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through.

43

M



DEO FRATRI

LEOPOLDVS

FRATRI

DEO FRATRI

DEO FRATRI

Fragment of a document or label, partially obscured by a larger sheet of paper.



153709


AB: 153709

X2615956

Retro ✓

VD17





15



